

## Estratto dal Bollettino della Società Entomologica Italiana

Volume LXXV, N. 6 — 2 Agosto 1943

L. MASI

MISSIONE BIOLOGICA SAGAN-OMO DIRETTA DAL PROF. E. ZAVATTARI

## NUOVE SPECIE DI IMENOTTERI CALCIDIDI

## DIAGNOSI PREVENTIVE

La serie di *Chalcididae* raccolte dal Prof. Zavattari nel suo secondo viaggio in Somalia, nel 1939, contiene dieci specie nuove, delle quali quattro rappresentano anche nuovi generi. Di esse pubblico qui le diagnosi preliminari, dovendosi ritardare la stampa del lavoro nel quale tratterò di tutte le specie della raccolta, che sono in numero di 20, e darò la descrizione dettagliata, con relative figure, delle forme nuove.

## Gen. PLASTOCHALCIS n.

La specie per la quale istituisco questo genere è molto affine alle *Brachymeria*, e particolarmente al « gruppo marginata » di Waterston (e quindi al gen. *Oncochalcis* Cam.) avendo la mandibola destra munita di tre denti, la sinistra di due: ma si distingue soprattutto per le gene lunghe e dritte, onde il capo visto di fronte è quasi a forma di trapezio, con l'altezza circa uguale al maggiore dei lati paralleli; inoltre i lati del protorace, osservando dal disopra, non si presentano sinuosi, lo scutello non è incavato all'apice e l'addome è piuttosto piccolo.

*Plastochalcis stenogeneia* sp. n.

Femina. — Nigra, antennis concoloribus, femore tertii paris pedum rubro; metathoracis alarum costa et his pedum partibus pallide flavescens: femoribus anterioribus apice; tibiis anticis praeter umbram fusco-rufescentem lateris anterioris maculamque magnam nigram posterioris; tibiis mediis praeter annulum nigrum partem  $\frac{1}{3}$  mediam occupantem; femorum posticorum spatio apicali pallido, extus haud amplo, intus etiam angustiore; tibiis posticarum maculis oblongis in latere posteriore, alteram paullum post articulationem basalem incipientem, alteram  $\frac{1}{3}$  partem distalem fere totam occupantem; tarsis omnibus grisescente-ochraceis. Femora postica opaca. 4 mm. Typus, unicum ♀, Mega, IX-39.

*Brachymeria pseudamenocles* sp. n.

Species *Brachymeriae* amenocli Walk, valde similis et affinis, sed funiculi articulis omnibus maxime transversis; scutello pulvinate huiusque margine apicali vix prominente atque fere integro; propodei dentibus lateralibus parvis obtusis; tibiis posticis apice quam medio sesquialioribus praecipue distinguenda. Scapo et pedicello fusco-ferrugineis, pedum coxis nigris, femo-

ribus tibiisque rufis et postice, cum tegulis, albis, tarsis testaceis. 4,5 mm. Typus, unicum ♀, Asilè, 26-VI.

*Brachymeria megensis* sp. n.

Femina. — Species aspectu *B. kassalensi* Kirby similis, sed haud affinis, ab ea valde differens mandibula dextra bidentata, femore postico propter minutam sculpturam inter punctos piliferos opaco. Nigra, tegulis pedibusque praeter coxas flavo-sulfureis, femoribus anticis atque mediis late rufo tinctis; tibiis anticis intus macula oblonga, mediis macula parva fere obsoleta, etiam rufis, ornatis; pedum posticorum femore rubro, apice late sulfureo maculato, tibia basi et lateribus rufescente, in margine exteriori nigro lineata; tarsis omnibus pallide testaceis. 4,5 mm. Typus, unicum ♀, Mega, IX-39.

*Epitranus clypealis* sp. n.

? *Anacryptus sudanensis* Ruschka, Denkschr. Akad. Wiss. Wien, 99. Bd., 1924.

Femina. — Saturate testaceo-rufa, dorsi suturis ac propodeo nigricantibus. Caput thorace latius, antice visum transversum, vertice inter ocellos posteriores depresso, labro lato, brevi, conchiformi, in medio subcarinato, in margine crenulato. Flagellum 7/10 capitis latitudinis aequans, subfusiforme. Propodei area media hexagonalis, antice fortius constricta, areae quatuor prope marginem anteriorem propodei, id est utraque submediana interior et utraque submediana exterior triangulares, lateribus incurvis terminatae. Femur posticum latitudine longius proportione 65 : 100, dente primo maiore, tribus ultimis quam mediis paulo minoribus; tibia in latere externo sulcis tenuibus 3-4 exarata. Petiolus 3/5 abdominis aequans, superne carinula media, in 1/3 postico oblitterata, instructus. Urotergita lateribus fere ubique minute et confertim punctulatis. 6 mm. Typus, unicum ♀, Mega IX-39.

*Euchalcidia hirtella* sp. n.

Femina. — Nigra, femoribus tibiisque anterioribus spatio brevi apicali, tarsisque omnibus, griseis rufescentibus; tibiis posticis in 1/3 distali obscure testaceo-rufis; alarum disco leniter griseo-flavescente, nervo marginali fusco. Genarum carina bene distincta. Mesothoracis dorsum sculptura reticulata nulla vel certis partibus vix conspicienda, parcius punctatum. Scutellum punctis in eius parte dimidia distali fere ubique minori spatio remotis quam ipsorum diametro. Propodei costae longitudinales submedianae bene conspicuae et prope latus distale desinentes. 4,5 mm. Typus, unicum ♀, Mega IX-39.

Gen. EURYTOMARIA n.

Genus Eurytomae et Aximopsidi quemadmodum simile; facie concava, ad latera cristis praeorbitalibus prominulis limitata; scrobe antennali profunda, super torulos angustiore et marginibus parallelis terminata, in eius superiore parte arcum fingente et ocello anteriori fere contigua, ocello hoc a posterioribus costa transversa verticis separato; antennarum funiculo 5-articulato; collaris margine etiam in medio dorso continuo; proalarum nervo marginali brevissimo; abdominis petiolo in feminis longo, gastro compresso-ovato, oblique deorsum deflexo, antrorsum convexo-prominente. Mas ignotus. Species typica quae sequitur.

*Eurytomaria aximoides* sp. n.

Femina. — Nigra, antennarum scapo et flagelli articulis primis, pedicello nigro excepto, testaceo-rufis, articulis reliquis griseo-fuscis, femoribus apice brevi spatio tibiisque fere totis etiam testaceo-rufis, tibiis basi et

apice pallidis, tarsis omnibus albidis, alis fere vitreis, nervis flavo-griseis. Antennae pedicello brevi, funiculi articulis cylindricis, primo quater latitudine longiore, quinto  $\frac{2}{3}$  primi longitudinis aequante eoque paullum crassiore; clava longitudinem articuli secundi paullum superante. Proalae nervo marginali bis latitudine sua longiore, stigmatico  $\frac{4}{5}$  postmarginalis. Propodeum medio depressum et sulcatum. Coxae posticae breves, superne compresso-marginatae. Petiolus coxis posticis longior, superne planus. Abdomen deorsum deflexum, ovatum, modice compressum, parte anteriore ultra petioli articulationem prominente, tergito quarto fere toto reticulato-punctato. 4 mm. Mas ignotus. Typus, unicum ♀, Banno 5-V-39.

Gen. PARADECATOMA n.

Diagnosis. Femina differt a Decatoma antennarum funiculo 6-articulato, propodeo amplo fere perpendiculari, abdominis petiolo brevissimo. Mas ignotus. Species typica:

*Paradecatoma hannensis* sp. n.

Femina. — Corpore colore vario, partim obscure testaceo-rufo, partim nigro-fusco, capite saltem in vertice et thoracis dorso nigro-fuscis; antennarum pedicello nigro; pedibus rufescentibus, tibiis apice tarsisque albidis; proalis limpidis, nervo marginali et macula subquadrata huic contigua, medium non attingente, flavo-fuscis. Caput superne inspectum fere semicirculum fingens. Funiculi articulus primus bis latitudine longior, sextus aequae longus atque latus; clava articulis duobus praecedentibus itemque primo aequilonga. Propodeum subplanum, crasse reticulatum, carinis duabus submedianis tenuibus, modice deorsum convergentibus. Nervi marginalis latitudinis  $\frac{3}{4}$  longitudinis et nervum postmarginalem aequans. Tibiae posticae spinis 6-7 in latere posteriore seriatis, ibique setis longiusculis occultatis, munitae. Petiolus fere transversus; abdomen ovatum, paullo angustius quam altius, fere ubique confertim punctatum, tergitis tertio quartoque in dorso subaequilongis. 4,5 mm. Cotypi 2 ♀ ♀, Banno, 5-10-V-39.

*Eupelmus calopterus* sp. n.

Femina — Nigra, facie infra lineam antennalem, genis, temporibus, itemque parte dimidia anteriore mesopleurarum viridi-aureis; prothorace parteque anteriore mesopleurae viridi-cyaneis; metapleura violacea; pedibus fuscis, femore tibiaque secundi paris ochraceo-rufis, tarsis omnibus rufescente-griseis; proalis fuscescentibus, in parte dimidia distali cellulae basalis fascia alba transversa ornatis; subcosta longe nigro-setosa; alis posterioribus griseis; terebra in  $\frac{1}{3}$  media flavo-ochracea, in  $\frac{1}{3}$  basali nigra, in  $\frac{1}{3}$  apicali dilute griseo-fusca; setis super dorsum mesothoracis sparsis, albis. Antennae pedicello ter longiore quam latiore, funiculi articulis 1. et 2. cylindraceis, fere bis latitudine longioribus, quatuor ultimis crassioribus, 6. atque 7. vix elongatis; clava articulum praecedentem sesquisuperante. Scutellum sicut reliquum mesothoracis dorsum atque pronotum, dense et minutissime punctulatum, parte postica lata et margine leniter convexo terminata. Mesothoracis praesternum sat crasse reticulatum, episternum longe setosum, mesopleura (proprie epimerum) minute et dense punctulata. Proalae confertim pubescentes, nervo stigmatico leniter curvato, quam postmarginali paullum longiore. Tarsus secundi paris denticulis 15 in utraque serie articuli primi instructus, articulus secundus denticulis senis, tertius ternis. Terebrae valvae longitudinem tibiae posticae paullo superantes (proportione 6 : 5). 2 mm. Mas ignotus. Typus, unicum ♀, Caschè, 18-VII-39.

*Solenura fusco-aenea* sp. n.

Femina. -- Obscura, subaenea, capite praeter verticem obscure virescente, palpis maxillaribus albidis, articulo ultimo apice fusco; oculis, ocellis antennisque etiam fuscis; femoribus basi et apice, tibiis, praeter extremitatem albidam, rufis, posticis basi quoque albido-maculatis; tarsis pallidis; proalis griseis; nervis fuscis. Caput antice visum fortius transversum. Thoracis collare valde abbreviatum; sulci scapulares vix antice conspicui; axillae valde remotae; scutellum etiam postice latum, freno nullo. Proalae nervo postmarginali elongato, 72 % marginalis longitudinis. Abdomen thorace longius proportione 23 : 11, segmento gastrali tertio occulto, sequente usque a basi carinato. 11,5 mm. Typus, unicum ♀, Caschè, 1939.

## Gen. PSEUDETROXYS n.

Mandibula dextra 4-dentata, sinistra dentibus 3; toruli in linea oculari inferiore; scapi paullum infra ocellum anteriorem desinentes; flagellum bianulatum, funiculus articulis sex. Thorax collari brevissimo et acute marginato; propodeum etiam valde abbreviatum, spiraculis postscutello contiguis, area dorsali plicis arcuatis terminata, nucha annulari. Proalae nervo postmarginali quam stigmatico paullo longiore. Tibiae posticae calcari unico, breviusculo, apice recurvo, munitae. Abdomen longum, acuminatum, valvarum prominentia (in specie typica), tergito ultimo subaequali. Mas ignotus. Species typica:

*Pseudetroxys obscuriventris* sp. n.

Femina. — Obscure viridis, antennarum funiculo et clava fuscis, scapo ac pedicello item atque pedum genibus tibiisque flavo-ferrugineis, tibiis autem, praecipue mediis et posticis, ad medium umbratis, tarsis omnibus pallidis, articulo paenultimo griseo, ultimo, cum praetarso, nigro; alis limpidis, nervis flavo-griseis. Caput fere aequae longum atque latum, clypeo medio sat profunde inciso-bilobato. Funiculi articuli parum elongati, sensillis linearibus longis, numerosis, praediti. Prothoracis collare breve, antice marginatum. Scutelli pars apicalis non nisi punctura vix maiore a reliquo dorsulo distincta. Propodeum sculptura reticulata irregulari, carina non nisi angulo obtuso indicata, plicis ad medium fortius curvatis et versus lineam medianam convergentibus. Proalarum nervus postmarginalis  $\frac{3}{5}$  marginalis aequante. Abdomen thorace longius, acuminatum, segmentis secundo tertioque brevioribus subaequalibus, terebrae valvis eodem spatio quam tergiti ultimi longitudine prominentibus. 3 mm. Cotypi 2 ♀ ♀, Mega, 10-15-IX-39.